

## 0140-0155- SS Pius I - Decretum 'Ut in Die Dominico Pascha Celebretur'

O93, f. 12va; N442, f. 33ra; V630, f. 33rb; I83, f. 69rb; VD38, f. 62ra; SG670, p. 117b; P9629, f. 8r

<sup>1</sup>INCIPIIT<sup>2</sup> EPISTOLA PII PAPAE ECCLESIIIS OMNIBUS MISSA<sup>3</sup>, UT IN<sup>4</sup> DIE DOMINICO<sup>5</sup> PASCHA CELEBRETUR<sup>6</sup>

Omnibus ecclesiis in eadem, qua sumus, fide<sup>7</sup> et doctrina<sup>8</sup> manentibus Pius<sup>9</sup> apostolicae sedis<sup>10</sup> archiepiscopus. Gratias agimus, fratres, deo, quoniam crescit<sup>11</sup> fides vestra<sup>12</sup> et abundat caritas uniuscuiusque omnium vestrum <V630, f. 33va> in invicem, ita ut nos ipsi in vobis<sup>13</sup> gloriemur in ecclesiis dei.

Videte, fratres, videte, ut nemo vos seducat volens in humi<SG670, p. 118a>litate et religione angelorum<sup>14</sup>, quae non vidit, ambulans frustra infla<VD38, f. 62rb>tus sensu carnis suae et non tenens caput, ex quo totum corpus <I83, f. 69va> per<sup>15</sup> nexum et coniunctiones<sup>16</sup> ministratum<sup>17</sup> et<sup>18</sup> constructum crescit in augmentum<sup>19</sup> dei, sed induite vos sicut electi<sup>20</sup> dei<sup>21</sup> sancti<sup>22</sup> et dilecti viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam<sup>23</sup>, patientiam, supportantes invicem et donantes vobismetipsis, si quis <O93, f. 12vb> habet querelam, et sicut Christus donavit vobis, ita et vos.

Ceterum<sup>24</sup> nosse vos volumus, quod pascha domini die dominico annuis temporibus sit celebranda<sup>25</sup>. Istis ergo<sup>26</sup> temporibus Hermes<sup>27</sup> doctor fidei et scripturarum<sup>28</sup> effulsit<sup>29 30</sup> inter nos, et licet nos eodem<sup>31</sup> pascha praedicta die celebraremus<sup>32</sup>, et quidam<sup>33</sup> inde dubitarent, ad corroborandas tamen animas eorum eidem Herme<sup>34</sup> angelus domini in habitu pastoris apparuit et praecepit ei<sup>35</sup>, ut pascha die dominico ab omnibus celebraretur tempore suo. Unde et vos apostolica auctoritate instruimus omnes eadem<sup>36</sup> servare debere, quia et nos eadem servamus, nec debetis<sup>37</sup> a ca<SG670, p. 118b>pitate quoquomodo<sup>38</sup> dissidere<sup>39</sup>.

Cavete diligenter omnes, ne quis vos decipiat per <I83, f. 69vb> aliquam astrologiam<sup>40 41</sup> vel philosophiam<sup>42 43</sup> et inanem fallaciam <VD38, f. 62va> secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi et non secundum Christum et traditionem rectam. <N442, f. 33rb> In Christo enim habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter<sup>44</sup>, ut sitis in illo repleti, qui est caput omnis principatus et potestatis. Qui et<sup>45</sup> hanc sanctam apostolicam sedem omnium ecclesiarum caput esse praecepit ipso dicente<sup>46</sup> principi apostolorum Petro: Tu es Petrus et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, et portae<sup>47</sup> inferi non praevalent adversus eam, et tibi dabo claves regni<sup>48</sup> caelorum. Et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in caelo<sup>49</sup>, et quodcumque solveris super terram, erit solutum et in caelo<sup>50</sup>.

Quid enim prodest illi<sup>51</sup> suo errore<sup>52</sup> non pollui<sup>53</sup>, qui consensum praestat erranti<sup>54</sup>? Sine<sup>55</sup> dubio contra mandata dimittit<sup>56 57</sup>, et<sup>58</sup> qui peccat, et qui consensum praestat erranti.

Oves<sup>59</sup> enim pastorem <V630, f. 33vb> suum non reprobant<sup>60</sup>, <SG670, p. 119a> plebs<sup>61 62</sup> vero episcopum non accuset, nec vulgus eum argu<I83, f. 70ra>at<sup>63</sup>, quia non est discipulus super magistrum neque servus<sup>64</sup> super dominum<sup>65</sup>. Episcopi<sup>66</sup> autem a deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit, non<sup>67</sup> a subditis aut pravae vitae homi<VD38, f. 62vb>nibus<sup>68</sup> arguendi vel accusandi aut lacerandi ipso domino exemplo<sup>69</sup> dante, quando per seipsum<sup>70</sup> et non per alium vendentes sacerdotes et ementes eiecit<sup>71</sup> de templo et mensas nummulariorum<sup>72</sup> proprio evertit<sup>73</sup> flagello et eiecit de templo et sicut alibi<sup>74</sup> per<sup>75</sup> prophetam loquitur dicens: Deus stetit in synagoga deorum, <P9629, f. 8v> in medio aut[em] deos<sup>76</sup> discernit<sup>77</sup>. Si quis vero a suo proposito retrorsum exorbitaverit<sup>78</sup> et iussa<sup>79</sup> apostolicae sedis<sup>80</sup> libenter<sup>81</sup> transgressus] fuerit, infamis [efficitur.

Reprobari ergo oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti<sup>82</sup> sunt. Fides autem et con]versatio primum scrutanda [est et<sup>83</sup> denuo<sup>84</sup>, qui irreprehensibiles apparuerint, sunt recipiendi, et non prius, quia bonus] homo<sup>85</sup> testante <SG670, p. 119b> veritatis voce [ex bono<sup>86</sup> thesauro cordis sui profert bona, et malus<sup>87</sup> homo] ex malo thesauro cordis<sup>88</sup> sui profert mala<sup>89</sup>. Ex <I83, f. 70rb> abundantia enim cor[dis] loquitur. Ideo persona et opinio] ac vita uniuscuiusque in<sup>90</sup> initio<sup>91</sup> rimanda<sup>92</sup> est, quia boni semper infestantur a malis. Boni enim cum malis, <VD38, f. 63ra> licet mixti sint<sup>93</sup> in ecclesia, vix concordari<sup>94</sup> inveniuntur, quoniam dissimilis est<sup>95</sup> eorum<sup>96</sup> cogitatio, voluntas<sup>97</sup> et actus. Nihil<sup>98</sup> enim prodest homini ieiunare et orare et<sup>99</sup> alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate revocetur<sup>100</sup> et ab obrectationibus<sup>101</sup> lingua cohibeatur<sup>102 103</sup>. Unde ait propheta: Cohibe linguam tuam a malo, et labia tua, ne loquantur<sup>104</sup> dolum, deverte<sup>105</sup> a malo et fac bonum. Nemo enim bonum faciens alteri verbo aut facto nocere vult, quia<sup>106 107</sup> nec in suspicione<sup>108</sup> debet venire fidelis homo, ut dicat aut faciat ea<sup>109</sup>, quae pati non vult, quia omnis suspicio potius repellenda est quam <SG670, p. 120a> approbanda<sup>110</sup> <N442, f. 33va> vel recipienda.

Caritas<sup>111</sup> enim non quaerit, quae sua sunt, sed quae aliorum, quia unius causa multorum<sup>112</sup> non est praeferenda<sup>113</sup>. Sectamini caritatem, aemulamini spiritualia. Caritas <V630, f. 34ra> autem patiens<sup>114</sup> est, benigna<sup>115</sup> est. Caritas <I83, f. 70va> non<sup>116</sup> aemulatur<sup>117</sup>, non agit<sup>118</sup> perperam<sup>119</sup>, non inflatur<sup>120</sup>, non est ambitiosa<sup>121</sup>, non<sup>122</sup> quaerit, quae sua sunt, non irritatur<sup>123</sup>, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem,

congaudet autem veritati, omnia <VD38, f. 63rb> suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Caritas numquam excedit<sup>124 125</sup>.

Semper rogo vos, ut deteriora reiciatis<sup>126</sup> et meliora perficiatis, quia nos non spiritum<sup>127</sup> mundi accepimus, sed spiritum<sup>128</sup>, qui ex deo est, ut sciamus, quae a deo donata sunt nobis, et ea sectamini<sup>129</sup> indifferenter<sup>130</sup>.

Data<sup>131</sup> VII<sup>132</sup> KI<sup>133</sup>.<sup>134</sup> Aprilis Claro et Severo<sup>135</sup>. cc. consulibus.

O93, f. 12vb; N442, f. 33va; V630, f. 34ra; I83, f. 70 va; VD38, f. 63rb; SG670, p. 120a; P9629, f. 8v

1 In P9629 sind einige Passagen des Briefes wegen Beschädigung der Handschrift nicht lesbar; diese sind im Text durch [ ... ] gekennzeichnet

2 *Überschrift*] EPISTOLA PII PAPAE QUOD PASCHA DIE DOMINICA SIT CELEBRANDUM ET QUOD PASTORES AB OVIBUS NON SINT LACERANDI VEL CONCULCANDI SG670

3 MISSA *fehlt* V630

4 IN *fehlt* V630; P9629

5 DOMINICA I83

6 CELEBRETUR] CELECRETUR DECRETA PII PAPAE P9629

7 *fide korr. aus fidem* P9629

8 doctrinam O93

9 pius *korr. aus pus* V630

10 sedis *korr. aus dis* O93

11 supercrescit *korr. aus crescit* SG670

12 nostra I83

13 vobis *korr. aus nobis* V630; nobis P9629

14 angelorum] angelica loqui SG670

15 *am Rande* perligaturam et vinculum VD38

16 coniunctiones] coniunctione si I83; coniunctione SG670

17 sumministratum SG670

18 et constructum *fehlt* SG670

19 *am Rande* incrementum VD38

20 electi *korr. aus electis* VD38

21 die sancti] sancti die VD38

22 sancti *fehlt* SG670

23 *am Rande* temperantiam VD38

24 *am Rande* Quo die pascha celebretur P9629; *am Rande* De sancto ermeto I83

25 celebrandum VD38; SG670

26 ergo temporibus] temporibus ergo P9629

27 *am Rande* proprium nomen VD38

28 scripturarum O93; scripturarum *korr. aus* scripturam V630

29 *am Rande* resplendit VD38

30 fulsit SG670

31 eidem *korr. aus eodem* P9629; eidem I83; idem VD38; SG670

32 celebremus V630; celebraremus *korr. aus* celebremus VD38; celebraremus *korr. aus* celebramus SG670

33 quidam *korr. aus* quibus P9629

34 ermeti I83; hermeti SG670

35 ei *fehlt* VD38

36 eadem servare debere, quia et nos eadem *korr. aus* eadem V630

37 debetis *korr. aus* debemus V630

38 *am Rande* aliquo modo VD38

39 discedere VD38

40 *am Rande* astrologia dicitur ars in qua de cursu astrorum disputatur VD38

41 astralogiam I83; VD38

42 *interlinear* filosphorum astutiam VD38

43 philosophiam] philosophiam proprię amor dicitur sapientię VD38

44 *am Rande* veraciter VD38

45 et *fehlt* SG670

46 dicente principi *korr. aus* dicente N442

47 *am Rande* porte inferi peccata sunt VD38

48 regni *korr. aus* regi O93

49 caelis I83

50 caelis I83  
51 illi *korr. aus illo* O93  
52 errore non *korr. aus errore* SG670  
53 *am Rande* sordidari VD38  
54 erranti *korr. aus errante* O93  
55 Sine dubio contra mandata agit, et qui peccat, et qui consensum praestat *fehlt* V630  
56 *am Rande* pugnat VD38  
57 agit V630; I83; dimicat VD38  
58 et qui peccat, et qui consensum praestat *fehlt* SG670  
59 *am Rande* Non accusandos episcopos a plebis suis P9629  
60 reprehendunt *korr. aus rephendant* SG670  
61 *am Rande* Ut episcopus non calumpnietur I83  
62 ples O93  
63 arguet O93; P9629; arguatur *korr. aus arguantur* N442  
64 servum O93  
65 dominum] dominum suum VD38  
66 Episcopi autem *korr. aus Episcopi* SG670  
67 non a] nam a *korr. aus nam* V630; nam P9629; nam a VD38  
68 hominibus] hominibus non sunt *korr. aus hominibus* V630; hominibus] hominibus non sunt VD38  
69 exemplum *korr. aus exemplo* V630; exempla I83; exemplum VD38; SG670  
70 semetipsum SG670  
71 eicit I83  
72 nummulariorum SG670  
73 *am Rande* deiecit VD38  
74 alibi per *korr. aus alibi* O93  
75 per *fehlt* VD38  
76 deus I83  
77 discernunt O93  
78 *am Rande* declinaverit VD38  
79 iussum V630  
80 sedis *korr. aus sedes* O93; V630  
81 libenter *fehlt* I83; SG670  
82 *am Rande* dubii VD38  
83 et denuo] dein vero SG670  
84 *am Rande* iterum VD38  
85 bono I83  
86 bone O93  
87 mali O93  
88 cordis sui *fehlt* I83; VD38; SG670  
89 malum O93  
90 in initio] inimici SG670  
91 interiori VD38  
92 rimanda] rimandantha *korr. aus rimandatha* VD38  
93 sint in *korr. aus sint* O93  
94 concordare *korr. aus concordari* V630; concordare SG670  
95 est eorum *korr. aus est* SG670  
96 eorum *fehlt* I83  
97 vovoluntas V630  
98 Nihil enim *korr. aus Nihil* P9629  
99 et alia *fehlt* SG670  
100 *am Rande* retrahatur VD38  
101 hoctrectationibus O93  
102 *am Rande* comprimatur VD38  
103 cohibeatur *korr. aus cohibetur* N442; V630; coerceatur SG670  
104 loquantur *korr. aus loquatur* VD38  
105 Diverte V630; SG670  
106 quia *korr. aus qui* O93  
107 quia nec] quanto minus *korr. aus quanto* V630  
108 suspicionem V630; VD38; SG670  
109 eo O93

- [110](#) adprobendam *VD38*  
[111](#) Caritas enim *korr. aus Caritas P9629*  
[112](#) multorum] multorum ore *VD38*  
[113](#) perferenda *N442*; proferenda *I83*; *VD38*  
[114](#) *am Rande* patiens est ut sustineat mala *VD38*  
[115](#) *interlinear* qui tribuit sua *VD38*  
[116](#) *am Rande* invidet *VD38*  
[117](#) emulator *O93*  
[118](#) ait *O93*  
[119](#) *interlinear* perverse *VD38*  
[120](#) *interlinear* superbit *VD38*  
[121](#) *interlinear* cupida avara *VD38*  
[122](#) *am Rande* subauditur tatum quia sicut propriam sic aliorum desiderat salutem *VD38*  
[123](#) *interlinear* incitat ad malum *VD38*  
[124](#) *am Rande* peccat transgreditur *VD38*  
[125](#) excidit *V630*; *P9629*; excidet *korr. aus* excidit *SG670*  
[126](#) reiciatis] non revocetis *I83*; respuatis *VD38*; non renovetis *SG670*  
[127](#) spiritu *I83*; *VD38*  
[128](#) spiritu *I83*  
[129](#) *am Rande* imitamini *VD38*  
[130](#) *am Rande* cotidie iugiter *VD38*  
[131](#) Dato *VD38*  
[132](#) VIII *N442*; *I83*; *VD38*; *SG670*  
[133](#) idus *V630*  
[134](#) Kl. Aprilis Claro et Severo cc. consulibus] Kl. APR. claro et severo v. c. cs. *SG670*  
[135](#) Severo] severo vv. *N442*